

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Ohm Franz Wölpmann

**Disputatio Iuridicae De Successionis Testamentariae Praeludiis,**

Rostochii: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731517504>

Druck Freier  Zugang



Vorbereitung der  
Testamentserledigung

Chr. Ohm (F. Wolpmann) <sup>Herr.</sup> 16

R. U. inv. 1626.



27  
707

# Disputatio Juridica DE **S U C C E S -** **S I O N I S T E S T A -** MENTARIAE PRÆLUDIIS,

*Quam.*

REGENTE REGE REGUM  
AMPLISSIMA ET CONSULTISSIMA FA-  
cultate Juridica in inclyta Rosarum Academia  
approbante:

Sub PRÆSIDIO

*Viri Clarissimi & Consultissimi*

**DN. CHRISTIANI OHM**

*18. Febr. J. u. D.*

*Ad diem 7. Januarii publicè discutiendam exhibet*  
**FRANCISCUS WOLPMAN. VERD. SAX.**

*Autor & Respondens.*

---

*Imp. in Novell. 164.*

*Absq[ue] DEO & iustitia nihil unquam commode  
geri potest.*



**ROSTOCHII**

*Typis JOACHIMI PEDANI Academ. Typogr.  
Anno 1626.*



T<sup>o</sup>8

# Coronides

## Ex JURE FEUDALI.

I.

Juris Feudalis autoritatem, in casu feu-  
dali, non tantum legibus civilibus sed  
etiam Canonicis derogare, affirmamus.

II.

Juris Feudalis Capitulis ordinarijs non  
tantum autoritatem, sed etiam extraordi-  
nariis tribuendam esse dicimus.

III.

Juris Feudalis autoritatem non tan-  
tum in controversijs feudalibus, sed etiam  
civilibus & Ecclesiasticis allegabilem esse,  
asserimus.

IV.

Juris Feudalis autoritatem non tantum  
laicas, sed etiam ecclesiasticas personas ob-  
ligare, statuimus.

V.

Juris Feudalis, in decisione causæ feu-  
dalis,

dal<sup>807</sup>is, ubi defectus, non tantum ad jus ci-  
vile, sed etiam canonicum fugiendum es-  
se, volumus.

VI.

Juris Civilis, in decisione causæ civilis,  
ubi defectus, non tantum ad jus canon-  
icum sed etiam Feudale recurrentum esse,  
concludimus.





Disputatio Juridica  
DE  
SUCCESSIONIS  
TESTAMENTARIAE  
PRAE LUDIIS.

Placitum I.

**S**uccessio civilis a) est, quam ius civile introduxit, deferturque aut ex TESTAMENTO b) aut ab INTESTATO. c)

Ordinate quæ traduntur, cum perspicua & facilia redduntur, quod lucidius intelligantur, secund. Paul. in l. quod lucidius, 1. ff. d. except. doli. Juncta Gloss. in verb. quod lucidius. faciliusque memoriae, quæ alias labilis, Papin. in l. peregrè. 44. ff. de Acquir. vel amit. poss. & exigua est. Just. in §. sed et si. 16. l. tanta. 2. de vet. jur. encl. inhærent. Sciendum est, successionem duplicem esse, scil. Civillem & Prætoriam. Hermog. in §. aquæ. 4. l. munerum. 1. ff. de Muner. & honorib. Civilis propriè appellatur Hereditas: Gaj: in l. nihil est aliud. 24. ff. de V. S. Jul. in l. hereditas. 62. ff. d. R. J. Cujus appellatione non solum veniunt res ipsæ hereditariæ, quas defunctus post se reliquit.

A

liquit,

400

liquit, sed successio in universum jus: Jul. in d. l. hereditatis. 62. Gaj. in d. l. nihil est aliud. 24. Afric. in l. bonorum. 208. ff. de V. S. hoc est, commoda & incōmoda, debita, & indebita obligationes passivæ & activæ, juxta Pomp. in l. hereditatis. 119. ff. de V. S. non autem regulariter personales ex delictis præsertim provenientes. Pomp. in l. sicuti. 38. ff. de R. J. Paul. in l. constitutionibus. 33. ff. de Oblig. & act. Imp. in §. non autem. Inst. de perp. & temp. act. Vox enim dura & lex iniqua videtur, quæ pro delicto patris admissio filium affici pœna jubet: Deut. 24. v. 16. IV. Reg. 14. v. 20. I. I. Paralip. 25. v. 4. Ezech. 18. v. 20. dum quilibet ex suo admissio sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur: prout ait Callistr. in l. crimen. 26. ff. de pœn. & pœna tantum constituitur in emendationem hominum, quæ mortuo eo, in quem constitui videtur, desinit. prout ait Paul. in l. si pœna. 20. ff. de pœn. Vlp. in l. si qui. fin. ff. ad L. Jul. Majest. Imō & ulteriūs progreedi expressè prohibetur per Imp. in l. sancimus. 22. C. de pœn. propter rationes fundatas in §. non tantum. 2. l. civilis. 1. ff. de privat. delict. in d. l. sancimus. 22. in §. si jussu. 7. l. sed si. 17. ff. d. injur. in §. omnis autem. 5. inst. de Noxal. action. Nisi furto quid ablatum ad heredem furis pervenerit. per JC. Vlp. in l. in conditionibus. 9. & in §. conditio. 2. l. si profure. 7. ff. de condic̄t. furt. Nisi lis fuerit contestata a principalibus personis. Imp. in §. non autem. 1. Inst. de perpet. & temp. act. Vlp. in l. omnes pœnales. 26. item Paul. in l. constitutionibus. 33. ff. de Oblig. & Act. Gaj. in omnes actiones. 139. item Paul. in l. pœnalia. 164. ff. de R. J. Nisi pœna ipso jure alicui infligeretur, ut in casu tex. Autb. ex complexu. C. de incest. nupt. in cas. §. illicitarum. 3. l. cōtemferro. 11. item l. commissa. 14. ff. de Public. & Vectig. & alijs similibus.

b. Omnis

b.) Omnis succedendi facultas principaliter ex jure est, ut diserte ait Jct. Vlp. in l. lege 130. ff. de V. S. & consequenter ex hominis voluntate. l. testamentum. 1. ff. qui test. fac. poss. jus enim sive lex interdum sola, ac ita immediate facultatem illam defert, interdum in sui societatem adsciscit voluntatem hominis, ac ita mediately defert. Quare successio, quæ ex lege immediate fit Legl-tima dicitur: per Vlp. in §. heres. 1. l. nec is. 17. & Paul. in §. si vero. 1. l. in plurimum. 70. ff. de Acquir. vel Omitt. hered. Vlp. in §. post decem. 11. l. intestato. 3. & Pomp. in l. h. quorum: 4. ff. de suis & leg. hered. Paul. in l. legitimam. 8. ff. de heredit. petit. quæ autem ex lege mediately fit, Testamentaria diciter. per Vlp. in d. §. heres. 1. l. nec is. 17. illa proximo tantum defertur ut expressè loquitur Vlp. in §. hoc hereditas. 2. & in §. legitima. 4. l. post consanguineos. 2. ff. de suis & leg. hered. Hæc autem nonnunquam, remoto & omissio proximo, extraneo. per Imp. in princ. Inst. de hered. inst. & Gaj. in l. non minus. 31. ff. cod.

c.) LL. 12. tabul. hereditas dupli modo defertur vel testamento, vel ab intestato. Gaj. in l. hereditas. 1. conjuncta cum l. veluti. 3. ff. de Heredit. petition. Illa autem, quæ ex testamento defertur, priori loco explicanda erit, tanquam Nobilior: Vlp. in l. Julianus. 42. de Acquir. vel omitt. hered. Firmior: ratione legis simul & hominis voluntatis; cum duo vincula magis ligant: argm. Imp. in §. sed bodie. 2. Inst. de Adopt. & in §. cum ex aliena materia. 25. in fin. Inst. de Rerum divis. Principalior: Vlp. in l. quamdiu. 39. ff. de Acquir. vel amit. hered. Paul. in l. quamdiu. 89. ff. d. R. f. Pomp. in l. illud dubitari. 77. ff. de Acquiri vel omit. hered. Vlp. in l. si quis. 11. ff. de Testam. tut. Imp. in §. hactenus. fin. inst. per quas pers. cuique acquir. & Posterior: Imp. in l. habeat. 1. C. de Sacros. Eccles.

## Placitum II.

Testamentorum species varia pro variorum temporum ratione reperiuntur: aliud nominarunt Comitjs a) Calatis b) aliud Provincium c) aliud per Aes & libram. d) aliud Praetorium. e) aliud Mixtum f) ex quibus tandem Justinianum. g) Quedam Origine & forma Juris Gentium dicimus. b)

Vt nihil antiquitatis penitus ignoretur, ait, Imp: in S. sed ut nibil, i. inst. de Test. ordin. Considerandum est, Comitiorum ( quasi conitiorum à coeundo vel co-meundo ) usum esse antiquissimum, in politia Hebraeorum, Græcorum, Romanorum & aliorum, de quibus latè & eleganter Althus. Politie. cap. 33. n. 30. & seqq. Respectu politiæ Romanæ usum videmus ab initio sedis Romanæ, cum & ipse Romulus, habitis comitijs, in regem evectus, & primus Rex declaratus est. test. Dionys. Halicarn. l. 2. num. 6. Antiq. Histor. Horum tres fuerunt species pro triplici Quiritum distinctione: Curiata: Aul. Gell: l. 15. c. 27 Noct. Attic. quæ originem sumpsisse videtur à Romulo, apud Halic: d. l. n. 7. in quibus populus per Curias divisus sententia rogabatur, ut quod plures Curiae statuissent, id jussum populi esse diceretur. Liv. lib. 1. decad. I. Centuriata: Aul. Gell. d. c. 27. quæ originem duxit à Servio Sulpicio VI Roman. Rege. Halicarn. d. l. lib. 4. num. 24. in quibus per classum centurias populus divisus suffragium ferebat, ita ut suffragia colligerentur centuriatim, & quod plures curiae jussissent, id ratum habe-

haberetur. Halic. d. n. lib. 4. Tributa: Aul. Gell. d. c. 27.  
quæ originem habuit à Romulo. Halicarn. lib. 2. num. 7.  
*Antiq. Hist.* in quibus per tribus divisus populus suffragia ferebat, quæ consilium plebis quondam propriè nuncupata. Althus. d. c. 33. n. 41.

b) Hoc vocabulum dictum putat Gloss. ad §. sed ut nihil. 1. verb. calatis comitijs. inst. de Test. Ordin. à Calos, quod bonum interpretatur, quasi pro calati comitijs legendum bonis initijijs vel bonis conventibus: vel καλεῖν, à vocando. Vult. princ. inst. num. 27. de Test. Ordin. und. calendæ. Briss. t. Formul. pag. 119. Rosin. 6. antiqu. 4 & servi calatores. Plaut. in Pseud. act. 4. scen. 2. & in Rudent. act. 2. scen. 3. His comitijs tempore pacis & otij bis in anno fecerunt testamenta. Imp. in §. sed ut nihil. 1. Inst. de Test. ord. sine ulla alia solennitate ulteriori, cum præsentia & autoritas populi omnem solennitatem superabat. per l. judæi. 1. l. Fideli. 2. C. de his qui ad Eccles. confug. hodiè Principis. l. omnium. 19. C. de Testam. l. quod principi. 1. ff. de constitut. princ. §. sed & quod. 6. Inst. de J. N. C. & G.

c) Altera species dicebatur procinctum, quod tempore belli fiebat. Imp. in §. sed ut nihil. 1. inst. de Test. ordin. Procinctum autem dictum putat Accurs. quod fieret succincte, ad §. sed ut nihil. 1. in verb. procinctum: alij quod viri, cum ad prælium faciendum, in aciem avocabantur Aul. Gell. d. l. 15. c. 27. olim omnes essent cincti, nec sine nota in castris versati. Briss. lib. 2. antiqu. cap. 7. hi in prælium jam jam exituri, quum esset incerto, an reddituri, nec ne, prius testamentum condiderunt. per. d. §. sed ut nihil. 1. Inst. Theoph. ad princ. de Test. Ord. Has duas species ex veteribus temporibus

in desuetudinem abiisse ait Imp. in d. §. sed ut nihil. I. &c  
Vlp. in fragm. tit. 20. §. 2.

d.) Accessit tertia species testamentorum secund. Imp.  
in d. §. sed ut nihil. I. Gell. d. l. 15. c. 27. cum interdum ac-  
cidebat, ut nonnulli freti spe vitæ longioris, neq; comi-  
tijs calatis, neq; in Procinctu testati, subitaneo interim  
morbo correpti, intestati decederent: quare testari per-  
missum per Æs & Libram quovis tempore tam belli  
quam pacis. Theoph. in princ. de Test. ordin. Observan-  
dum est hic, quod etiamsi Æs in propria significatione  
sit peculiaris species metalli, distincta ab auro & argento  
per Vlp. in §. si gitur & seq. l. pignus. 1-ff. de pignorat. act.  
& in §. inde queritur. L. in venditionibus. 9. ff. de contrab.  
empt. antiqui tamen teste Plin. lib. 18. c. 3. & lib. 37. cap. 3.  
prius pecuniam solo ære cudi, post argento, deinde au-  
ro curarunt: unde paulatim factum est, ut qualiscunq;  
pecunia æris appellatione comprehenderetur. Gaj. in l.  
lege. aquilia. 2. ff. ad L. Aquil. unde æs alienum, æs suum.  
Vlp. in l. cedere diem. 213. §. as alienum. 1. ff. d. V. S. item  
quæstores ærarij & ipsum ærarium Paul. in l. edict. 13. ff.  
de jur. fisc. Libra idem significat quod As, Mina, Pon-  
do, quemadmodum aliquot in locis Bud. in lib. de Aſſe  
probat. hic pro bilance vel statura, juxta Gaj. in §. iteē 4. tit.  
filij. 6. lib. 1. inst. accipitur: Antiquis enim Romanis as non  
fuit signatū sed rude, quare appendebatur libra vel pon-  
derabatur teste Imp. in l. aurū 1. & seq. C. de pond. & aur. illat.  
Peragebatur hæc species testamēti per emancipationem  
(h. e. imaginariam venditionem,) adhibitis quinq; te-  
stibus, & libripende. (h. e. qui tenebat libram,) civi-  
bus Romanis puberibus præsentibus, & co., qui familie  
emotor (h. e. qui emebat) dicebatur utilog. Imp. in d. §.  
sed

712

*sed ut nihil i.* Modo hoc, ut futurus defuncti successor patrimonium morituri seu testatoris emebat, his verbis: *hanc ego familiam, que mihi empta est hoc ære, eneag̃ libra jure spiritum meum esse aio:* Ita libram ære vel nummo percutiebat, dabatq; illud ei, à quo hereditatem exspectabat, & hoc loco pretij, quod erat signum emancipationis seu imaginariæ venditionis. Theoph. *ad d. princ. inst.* Tandem moriens ordinabat, quod post mortem fieri volebat, & dicebat familiæ emptori sive heredi, huic volo dari fundum, illi domum, alij centum solidos, juxta Teoph. *ad d. princ. inst.* Hæc species apud Romanos diutius in usu fuit, quam priores duæ, test. Imp. *in fin. d. §. sed ut nihil. I.* ubi autem ijs visum est, quasi votum captandæ mortis inducebat, præbebatq; occasionē insidiandi vitæ venditoris, partim in usu esse desijt, Imp. *in d. §. sed ut nihil. I.* & primo quidem autoritate Imp. Constantini *in l. quoniam 15. C. de Test.*

e) Prædictæ testamentorum species jure civili tantum cognitæ fuerunt, secund. Imp. *in §. sed prædicta. 2. Inst. de Test. Ord.* Postea ex edicto prætoris forma alia testamentorum faciendorum, scil. quarta species introducta est, teste Imp. *in d. 15. sed prædicta. 2.* ut si quis testamentum septem testium signis consignari curasset, perfectum esset jure honorario, cum de jure civili signis testium opus non esset, prout loq. Imp. *in d. §. sed prædicta. 2.*

f) Paulatim cum ex usu hominum simul & constitutionum emendationibus jus civile Prætorio coniunctum & in unam utrumq; consonantiam redactum fuerit prout loquit: Imp. *in §. sed cum paulatim. 3. Inst. de Test. Ord.* factum fuit, ut testes adhicerentur: Imp. *in §. sed ut nihil,*

587

nibil. I. Inst. de Test. Ord. testamentum uno eodemque tempore fieret Imp. in d. §. 3. sed cum paulatim; uno & actionis contextu. Jct. Vlp. in §. uno contextu. 3. l. heredes. 21. ff. Qui test. fac. poss. Imp. in l. hac consultissima. 21. § in l. cum antiquitas. 28. C. de Test. nullo actu interposito, nisi ex naturæ testatoris vel testium necessitate, prout leganter & exemplis hoc explicat Imp. in d. l. cum antiquitas. 28. & hac autoritate & ratione JVRIS CIVILIS, Imp. in d. §. sed cum paulatim. 3. l. constitutum. 7. tit. 19. II. 12. Tabul. quod & novissima imperij constitutione Maximil. I. de anno 1512. in Comit. Coloniens. erecta, confirmatum subtit. Von Testamenten. §. die Form eines Testaments / ibi:  
Als dann desselben Tags vnd Zeit/ vñ das einige andere außwendige handlung/ oder weil/dann allein die Leibs noth halben geschehe/ vnd klein were/ dar zwischen falle.

Deinde ut certus numerus, Septem scil. testes adhibentur. Respicit hic prætor ad personas istas videlicet. testes, libripendenti & familiæ emptorem, de quibus in §. sed ut nibil. I. Inst. de Test. Ordin. Emancipatione enim illa & imaginaria venditione sublata, in locum libripendi & familiæ emptoris, ut idem numerus maneret, duos substituit prout loquitur Gaj: in §. item per. 4. tit. 6: lib. I. Inst. Vnde Imp. in §. sed cum paulatim. 3. § in §. sed hac. fin. Inst. de Test. Ord. § in l. si unus. 12. § in l. hac consultissima. 21. C. de Testam. Vlp. in l. bonorum. 3. ff. unde liberi § in l. si testamentum. 23. ff. Qui test. fac. poss. & novissime Imp. Maximil. I. d. constit. tit. Von Testamenten. §. Und sol die Notarien auffmerckung haben / daß nach Reysserlichen Rechten / zu auffrich tung

tung aller / oder seder sech gemelten Testamenten /  
auff wenigst sieben Zeugen nötig sind. Item §.  
die Form eines Testamens. ibi: daß der / so sein Testa-  
ment machen wil / in Schrifte verzeichnet vnd ver-  
bunden / oder allein beschlossen vnd eingewicklet  
sey / von desselben Testierers / oder eines andern  
Hand geschrieben / vor sieben Zeugen. Inter quos re-  
cte accipitur Notarius vel alius scribens testamentum,  
quatenus queritur de actu testandi non autem scriben-  
di. Cels. in l. Domitius. 27. ff. Qui test. fac. poss. Et Maxi-  
mil. I. d. l. §. vnd sollen. ibi: zu denen der Notarius auch  
gezehlt wird. Horum deficiente uno , deficit ipso ju-  
re testamentum. Imp. in l. si unus. 12. C. de Testam. etiam-  
si tempore pestis sit conditum. Imp. in l. casus majoris. 8.  
C. de Testam. Nisi copia negaretur. Imp. in l. § ab anti-  
quis. fin. C. d. t. argm. Vlp. in l. cum res. 1. ff. de Damn. In-  
fect. quam etiam sequitur Camera Imperialis , teste  
Geil. 2. Pract. Observ. 108. num. 18. § 19. Mynsing. 1. sin-  
gul. observat. 96. num. 1. 2. § seqq. Nisi statuto vel con-  
suetudine numerus minueretur Imp. in l. si no speciali. 9. C.  
de Testam. Gail. 2. Observ. 123. num. 1. 2. § seqq. Myn-  
sing. V. Observat. 20. num. 1. § seqq. Nisi testamentum  
factum esset coram Principe : Imp. in l. omnium. 19. C. de  
testam. vel coram actis publicis. Imp. in d. l. omnium. 19.  
item in l. sancimus. 27. C. eod. Mynsing. 6. observ. 29. num.  
1. 2. 3. § seqq. Johann. Dauth. in tract. de Testam. add.  
l. omnium: 19. num. 2. § seqq. Vult. Volum. 1. Consil. Mar-  
purg. conf. 34. n. 6. 7. 8. Numero autem majore præsente  
non deficit statim. Imp. in l. testamentum. 17. C. de Testam.

B

Vlp.

Vlp. in l. beredes. 21. ff. Qui test. fac. poss. Jul. in l. cum tabulae. 7. ff. de Bonor. poss. secundum tabul. Vlp. in l. non solent. 94. ff. de R. J. quod & novissime confirmatum per constit: Imp. Maximil. I. d. l. §. die Notarien. ibi. Demselben nach ist zu rathen / daß zu zeiten über die noch türstige anzahl der Zeugen andere mehr darzu für Zeugen genommen vnd gebeten/ damit ob der andern etliche von rechte darzu vorworffen/ersunden/ daß Testament dardurch nicht zu unkräftt kommen möge.

II. Ut Signacula testium imponerentur. Non sufficit testes adesse, sed etiam testamentum annulo signare jubentur, per Imp. in §. sed cum paulatim. 3. instit. de Test. Ordin. Vlp. in l. ad testium. 22. §. si quis. 4. ff. Qui test. fac. poss. & quidem annulo ~~xacunneq~~, id est formam, insculptamq signis imaginem habente, prout loquitur Vlp. in d. l. ad testium. 22. §. signum. 5. & Imp. Maximil. I. in d. const. d. l. §. die Form eines Testamens / ibi: vnd mit ihren gewöhnlichen Siegeln bezeichnet werde. etiam omnes uno annulo, Imp. in §. possunt. 5. Inst. de Test. ord. Vel etiam alieno. Imp. in l. si unus. 12. C. de Testam. & in d. §. possunt. 5. Inst. Vlp. in §. si ab ipso. 2. l. ad testium. 22. ff. Qui test. fac. poss. & novissime Maximil. I. in d. constit. d. l. §. Es mögen auch ihrer einer oder mehr / so nicht eigen Signet hetten/ eins oder mehr der andern Signeten sich hierin gebrauchen. Et hæc Autoritate & ratione JURIS PRÆTORII. Imp. in §. sed cum paulatim. 3. Instit. de Testam. Ord. Quibus consentit Imp. | Ma-

110

Maximil. I. dd. II. Tandem ut Testator & Testes subscriferent. Testator subscribat testamentum necesse est, ut loquit: Imp. in §. sed cum paulatim. 3. Inst. de Testam. Ord. in d. l. hac consultissima. 21. & in §. cum autem. 1. l. cum antiquitas. 28. C. de Testam. in quo consensit nuperrime Imp. Maximil. I. in d. constit. d. l. §. die Forme eines Testaments. ibi. doch also dass er öffentlich ansage / das solches / so er darlege / sein Testament sey / vnd vor den Zeugen allen mit eigner Hand unterschreibe. Si autem litteras nesciat aut ob infirmitatem corporis pingere nequeat, necesse est, ut alius ceu testis octavus subscribat. Imp. in d. l. hac consultissima. 21. & in l. cum antiqu. 28. C. Item Imp. Maxil. I. in d. constit. d. l. §. die form eines Testaments. ibi: **Oder wo er nicht schreiben kündt / oder als dann nicht möchte / durch eines andern achten Zeugen Hand in seinem Nahmen / vnd auss sein begehren / an einem orth unterschreiben läßt.** Testes autem singuli suis manibus subscribant. Imp. in d. §. sed cum paulatim. 3. Inst. de Testam. Ord. item in d. l. hac consultissima. 21. & in d. l. & ab antiqu. fin. C. & Paul. in l. singulos. 30. ff. **Qui testam. facer. poss.** & Imp. Maximil. I. in d. constit. d. l. §. durch einen jeden der sieben Zeugen zu unterschreiben. Nisi sit locus, ubi non inveniuntur tot litterati, tum pro non litterato subscribat litteratus, teste Imp. in d. l. & ab antiqu. fin. C. vel etiam sine scriptura admittuntur. Imp. in d. l. & ab antiqu. Quod supereft, rogatos & convocatos adhiberi oportet: Imp. Theod. & Valent: in d. l. hac consultissima. 21. Vlp. in §. in testamentis: 2. l. heredes. 21. ff. **Qui test. fac. poss. in Auth. rogati.** C. de Testib. Cui consentit Imp. Maximil. I. in d. constit. d. l. §. die Forme =

nes Testaments. ibi. die dadurch sonderlich zusammen bes-  
russen vnd gebeten. Item in §. Es ist auch im Testa-  
ment nötig / daß die Zeugen nicht allein gebetten/  
sondern insonderheit zu auffrichtung des Testaments berussen  
vnd genommen. non autem coactos. Vlp. in §. sed si. fin. l.  
qui testamento. 20. ff. Qui testam. fac. poss. non fortuitos.  
Vlp. in §. in testamentis. 2. l. Heredes. 21. ff. d. t. item d.  
Auth. rogati. C. sed de hac re prius certioratos. Vlp. in d.  
§. in testamentis. 2. l. heredes. 21. & Imp. Maximil. I. in d.  
constit. d. l. s. Es ist: ibi: oder auffweinigst / so sie vno-  
geschlichter dinge vnberussen / zugegen wehren/  
darzuermahnet vnd besprochen werden. Et hæc Autorita-  
te & ratione CONSTITUTIONVM IMPERA-  
TORVM, Imp. d. §. sed cum Paulatim. 3. Inst. d. Test. Ord.  
Quibus convenit d. Constit. Maximil. I. dd. II.

g) Demum ne fraus ulla adhiberetur, & omnia-  
secundum Imperat. nostri Justiniani Constitutionis te-  
norem procederent, prædictis illis constitutione qua-  
dam adjecit, ut per manus testatoris vel testium  
**nomen heredis exprimeretur.** prout ipse loq. in  
§. sed bis omnibus. 4. Inst. de Testam. Ord. 5 in l. jubemus.  
29. C. de Testam. quam tamen necessitatem postea remi-  
fit, & voluntati testatoris liberæ subjicit: in Novell. 119.  
C. quia vero. 9. ex quo desumpta Auth. & non observato.  
C. de Testament.

h) Imperator noster in §. sed cum paulatim. 3. Inst. de  
Testam. Ord. formam testandi describens, eam partim  
ex jure civili, partim ex jure Prætorio, partim ex prin-  
cipum

cipum constitutionibus descendere afferit. Jam vero  
quatenus forma ex jure civili descendit, etenus & o-  
rigo juris civilis, quatenus autem ex jure gentium: etenus  
& origo juris gentium est: cum ejus juris sit origo cuiusque  
forma, test. Jacob. Mart. *Instit. Logic. lib. 6. c. 7. n. essen-*  
*tialis.* & origo a forma, ut a qua proficiuntur separari  
non possit: simul & causa sit, propter quam res est, quod  
est, causa autem semper vel natura prior sit suo effectu,  
uti materia suo materiato, *test. comm. schol. Philoso-*  
*phorum.*

## Placitum III.

*Testamentorum a) species, quibus quid  
voluntate defuncti recte relinquuntur, duæ jure  
civili hodierno sunt cognita. P E R F E C T U M  
b) IMPERFECTU M.)*

Testamenti verbum simplex non autem compositum, & ex accidenti esse, quod convenit ipsi rei, simul & verbo, TESTATIO MENTIS, doctissimorum plurimi afferunt, tam JCTorum, uti Covarr. part. I. n. I. & 2. de Testam. Alciat. in l. taberna. 183. n. 6. & seqq. d. V. S. Bach. thes. 1. l. à de Testament. Anton. Matth. in notis suis: quam Grammaticorum, uti Vall. lib. 6. elegantiarum. cap. 31. Aul. Gell. lib. 6. cap. 12. Noct. Attic. contra Imperatorem nostrum in princ. Inst. de Testam. Ord. secutum magnum illum JCTum Servium Sulpitium in lib. de Sacris detestandis 2. Aul. Gell. d. 1. Utuntur argumento a simili sumpto, quasi mentis ratio

in alijs ejusdem productionis verbis, ut in Vestimento,  
Indumento, Ornamento, Calceamento, Pavimento,  
Alimento, &c. locum non habeat. Hisce autem  
[redacted] occurrit Godd. in l. nomen filiarum. 164. ff. de V. S.  
quis, inquiens, alias vestimentum, indumentum, or-  
namentum, &c. conficit? quis utitur? quis adhibet?  
quis unum ab altero discernit? illene qui ratione men-  
teq; præditus? qui mentis judicio se vestit, ne nudus  
appareat, ne ineptus, ne sine justis ornamenti Calcea-  
mentisq; prodeat, ne ædificium careat justis pavimen-  
tis? hæc omnia mens humana invenit? effixit? di-  
stinxit? Quibus addendum discriminem inter notatio-  
nem Grammaticam & Logicam: Illa deducit simpli-  
citer vocem à voce: hæc rationem nominis ex origine:  
E. G. sic donationem à doni datione. Paul. in l. senatus.  
35. §. donatio. 1. ff. de donat. mort. caus. Jus à Justitia. Vlp.  
in l. juri operam. 1. ff. d. f. & f. Mutuum quod de meo  
fit tuum. Paul. in §. appellata. 2. l. mutuum. 2. ff. de Reb.  
cred. Novationem à nova obligatione. Vlp. in l. no-  
vatio. 1. ff. de Novat. & delegat. Interdicta, quod inter  
duos dicantur. Imp. in §. summa, 1. Inst. de interdict.  
b) Perfectum dicimus, quod de jure subsistit: de  
quo Imp. in tot. tit. Inst. de Testament. Ord. & in tot. tit.  
C. de Testament. & JCti in tot. tit. Qui test. fac. poss. &  
alibi.  
c) Imperfectum potest dici, ratione dispositio-  
nis, voluntatis, & solemnitatis. de quo, loco com-  
modiori.

## Placitum IV.

Perfectum est vel SOLENNE a) vel  
MINUS

717

## MINUS SOLENNE: solenne est vel PAGANUM b) vel NUNCUPATUM.

Solenne dicitur, quod formam civilem perfectamque habet: Wesenb. *in parat. num. 7. de Testamento.* à solo vel solito, quasi certa observatione constitutum. Spig. *in suo Lex. sub. l. s.*

b) Pagani dicuntur à pagis: pagus autem dictus ~~est~~ *τὸς πάγος*, id est, a fonte, quod plerumque circa fontes pagi vel in ejusmodi loco, ubi aqua suppetret, locarentur. In his habitantes rustici olim in militem conscribi solebant: Cic. *in Caton.* qui autem duntaxat agriculturæ operam dabant, à militia arcebantur, dicebantur pagani, illisq; opponebantur. Macer. *in l. quedam. 14. ff. de pœn.* Scœv. *in l. miles s. 96. ff. ad L. Falcid.* Postea vero ex usu juris factum, ut omnes, qui militiæ sacramento adstricti non erant, ubicunque etiam habitabant, sive in urbibus, sive extra eas, pagani dicerentur. test. Vlp. *in §. hoc autem. 2. l. is qui. i. ff. de serv. fugitiv.* & *in §. hæc omnia. fin. l. filius fam. 7. ff. de donat.* Paul. *in §. miles. fin. l. quod dicitur. 38. ff. de Test. milit.* Scœv. *in d. l. miles s. 96.* Macer: *in d. l. quedam. 14.*

## Placitum V.

*Paganum definimus a) cum fcto Modest: in l. testamentum. i. fl. qui tecta. fac. poss. quod sit voluntatis nostræ justa b) sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit. Hoc consistit in FACTIONE vel ejus INFIRMATIONE.*

Johann. Bodinus *in c. 1. lib. 1. de Repb. de vera definitio-*

nitione ita scribit: Est autem definitio nihil aliud, quam rei propositæ finis; qui nisi firmo ac stabili fundamento nititur, quæcunque super extruas, uno ruitura sunt & eodem momento. Hoc ne accidat nostræ, præsupponendū est; Ictos fere descriptionibus contentos de accuratis definitionibus non laborasse, secund. Javol. in l. omnis. 202. ff. de R. I. posse etiam restringi recepta interpretatione & explicatione doctorum virorum: Bart. Bald. Castr. Gothofr. &c. & in primis Bart. ad d. l. Testam. i. Ictum Modest. salvare volentis.

b) Vocabuli, inquit Bart. (justa) triplicem esse in iure usum. I. quod dicatur justum, idem ut sit ac solenne: ut cum justæ dicuntur nuptiæ in princ. Inst. de Nupt. in l. nuptiæ. 18. ff. de Rit. N. in §. servi. 2. l. & servorum. 5. & in l. 12. ff. de statu hom: Justus tutor. in l. idem fiet. 27. ff. de Test. tut. II. idem ut sit ac legitimum seu consentaneum, ut cum justam hereditatem dicimus: in §. de illo. 2. l. ea verò. 3. ff. pro socio. III. idem ut sit ac perfectum seu plenum, ut cum justam ætatem appellamus, in §. idem 5, fin. l. cum filiof. 50. ff. de legat. 3. justam libertatem, in §. sed ne quidem. 3. l. qui pœna. 8. ff. de Manumiss. Hanc ultimam Bart. opinionem sequitur Bald. ad d. l. testam 1. & prosalvatione illius addit; Testamenti perfectionem esse quadruplicem, Materialem, respectu voluntatis: Substantialem, respectu institutionis heredis: Formalem, respectu solennitatum: Irrevocabilem respectu mortis testatoris & aditionis heredis. Sed varias has expositiones, si bene perpetdamus in effectu coincidere videmus: sic ut testamentum sit perfecta & plena sententia de rebus videl: omnibus deque heredis institutione, sive successione in universum jus testatoris: solennis, testata videl: more & ritu solemni: legitima scil. legibus & æquitati consentanea.

• 96 96





# *MINUS SOLENT PAGANUM b) vel N*


Solenne dicitur, quod foris que habet: Wesenb. *in parat.* lo vel solito, quasi certa obse Spig. *in suo Lex. sub. l. s.*

b) Pagani dicuntur à pectus ~~de~~ ~~re~~ ~~re~~, id est, à for circa fontes pagi vel in ejusmod teret, locarentur. In his habilitiam conscribi solebant: Ciduntaxat agriculturæ operam bantur, dicebantur pagani, illi cer. *in l. quædam. 14. ff. de pœn.* *ad L. Falcid.* Postea vero ex usu qui militiæ sacramento adstrict etiam habitabant, sive in urbibi ni dicerentur. test. Vlp. *in §. 6. de serv. fugitiv.* & *in §. hæc omni donat.* Paul. *in §. miles. fin. l. q. milit.* Scœv. *in d. l. miles si. 95. N.*

## *Placitum*

*Paganum definimus a )  
in l. testamentum. l. st. &  
quod sit voluntatis nostræ ju  
quod quis post mortem suam  
sistit in F A C T I O N E v  
T I O N E.*

Johann. Bodinus *in c. I. lib.*



*t17  
ne est vel  
ATUM.*

*perfectam  
tameut. à so  
nstitutum.*

*is autem di  
plerumque  
aqua suppe  
i olim in mi  
qui autem  
militia arce  
bantur. Ma  
iles si. 96. ff.  
n, ut omnes,  
ubicunque  
a eas, pagan  
l. is qui. i. ff.  
am. 7. ff. de  
8. ff. de Test.  
quædam. 14.*

*Modest:  
fac. poss.  
entia, de eo  
Hoc con  
FIRMA-*

*de vera defi  
nitio-*